



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 1. Quid, & quorum sit restitutio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

conf. 86. in 3. Steph. Gratian. decis. 96. Card. Tuschus. concl. 198.

In modo exequendi non unâ cautione opus est, ne habentis cupiditati & vindictæ laxatis justitia lædatur. *Primo* igitur, qui literas & consensum à Magistratu suo de Repressaliis obtinuit, executionem faciet non in alieno territorio, sed Magistratus seu Principis sui duntaxat. *Secundo* non faciet per se vel suos ministros, sed per Officiales publicos, quos Princeps eum in finem designârit, quia nemini vindictam facere sui ipsius permittitur. *Sciendum*. §. Quia cum aliter. ff. ad l. Aquil. l. Ex-tat. ff. Quod metus causa. & l. Meminerint. l. Si quis in tantam. c. Unde vi. *Tertio*, Bona, quæ per Repressaliarum executores erepta fuerint, vel apud Creditorem, cujus causâ erepta sunt, manebunt, vel apud Magistratum custodientur, vel si expe-

diens, & necessarium videatur, vendi possunt in solutionem auctoritate judicis: cuius erit semota avaritia, & omni prava cupiditate, dispicere, *Ne quid nimis*, in negotio aliàs lubrico, & periculoso. *Quarto*, si personæ captæ sint, non creditoris in potestate, sed Principis erunt, & pro ratione status sui tractabuntur. Tholosanus & personam & bona capta exhibenda esse putat judici illius loci, ubi capta sunt, qui consignet repertorio publico, vendi curet, indeque satisfieri creditoribus. Quod superest, dominis reddendum erit, deductis impensis iudicialis, & legitimæ captionis. *Bald. in Auth. Et omnino. Ne uxor pro marito. & l. g. ii. notab. 2. notab. l. 10. C. Ioan. de Lignano in Tract. Repress. part. 5. q. 12. Cast. conf. 313. Tholos. l. 38. c. 8. Damboud. in Pract. c. 98. Cardin. Tuschus. concl. 195.*

## TITVLVS XIII.

### De in integrum Restitutione.

Sicut reddere, à retrò dare trahitur, l. 49. Verbum reddendi. ff. de signif. verb. ita restituere à retrò, & statuo, quasi dicas, statuo iterum in priorem locum: in qua acceptione latè patens illius est significatio. Nam Princeps dicitur restituere natalibus, famæ, honoribus, & ordini. Causæ etiam, de quibus iterum cognoscitur, restitui in integrum dicuntur. l. Divus Adrianus 33. l. Imperatores 34. ff. de re iud.

Denique, quod nostro proposito magis conducit, reparationem mutati status

significat, præsertim illius, qui per sententiam iudicis lætus est. Quod remedium omnium esse tutissimum censetur, cum aliis, tum illis maximè, qui appellationis remedio destituti sunt. Si quis extraordinarium remedium appellare voluerit, minimè arguendus est. l. in causa ff. de minorib.

§

Quid restitutio in integrum, & quorum?

1. **R**estitutio in integrum quoad personas, nihil aliud est, quam in pristinum

bb 3

num



num statum restitutio: vel pristini iuris redim-  
 tegratio, sic ut unusq; usque ius suum integrum  
 recipiat, ac si nunquam intervenisset mutatio,  
 vel læsio. l. Quod si minor. § restitutio. ff. de mi-  
 nor. l. un. C. de reput. qua fiunt. & l. i. C. de  
 sententiam passis. Vallensis l. i. tt. 41. § 1. Sil-  
 vest. V. Restitutio § 1.

Dividi potest secundum varietatem  
 causæ, propter quam conceditur. Vel  
 enim læsio fit per sententiam iudicalem,  
 vel per contractum, vel iniuriam ali-  
 quam, quarum quælibet sufficiens ad pe-  
 tendum in integrum restitutionem. Item  
 alia est rigorosa, & de iustitia datur ei,  
 qui non potuit prosequi appellationem:  
 alia gratiosa perquam non tollitur prius  
 gesta Tuschus. concl. 277. & 299.

II. Non omnibus sed certis personis  
 intra quadriennium à tempore læsionis  
 datur, primo minoribus 25. annis, cum  
 vel ipsi, vel ipsorum tutores, aut Curato-  
 res ex sententia iudicis, vel alio iudiciali  
 actu læsi sunt. l. i. & to. tt. C. si. adv. rem-  
 indicatam. vel alias contrahendo aut o-  
 mittendo se probent læsos esse. c. Constitu-  
 tutus §. hoc. tt. Nam si contractus minoris  
 in solennitate deficit, rescinditur, si verò  
 adsit illa quidem, sed lædatur minor, in  
 integrum restituendus est. Abb. Innoc. 1. mo-  
 la. Anchor. Panorm. Barb. in cap. cit.

Secundo datur Ecclesiæ, quando con-  
 stat læsam esse, quamvis non enormiter,  
 in contractibus, vel alienationibus. c. i.  
 hoc. tt.

Neque enim decet minus Ecclesiis,  
 quam minoribus indultam esse, sed pari-  
 bus frui immunitatibus æquum est. c. 2.  
 & 3. hoc. tt.

Tertio Hospitalibus, Collegiis, Con-

gregationibus, aliis piis locis, & Univer-  
 sitati studiorum. Bald. conf. 465. Abb. in c.  
 2. de consuet. Maranta tr. de appell. n. 85. Barb.  
 in c. Requisivit. h. t. n. 4.

Quarto Reip. & supremis Principibus  
 l. 4. C. Ex quibus causis maiores. l. 3. C. de iur.  
 resp. Quod Maranta extendit ad omnia  
 castella, & villas, quæ reguntur per Syn-  
 dicos, & Administratores, sive magna  
 sit, sive parva, modò superent numerum  
 incolarum denarium.

Quinto datur militibus, quamdiu ni-  
 mirum occupati, vel abentes sunt in ex-  
 peditione bellica l. fin. c. de restitu. mili-  
 tum. Item rusticis, qui non potuerunt  
 consulere peritiores. Alex. consil. 14. Me-  
 noch. casu. 194.

Sexto læsis ultra dimidium iusti pretij  
 in contractu usque ad 30. annos, quia a-  
 ctio civilis, & perpetua est secundum Bal-  
 dum c. de rescind. vend. Maranta. n. 82. Abb.  
 in c. Cum causa. hoc. tit.

Septimo datur etiam maioribus 25. an-  
 nis ex clausula generali. Si qua mihi iusta  
 causa esse videbitur. l. i. & to. tt. ff. Ex quib.  
 causæ maiores.

Denique remedium hoc datur etiam  
 pro quasi possessione rerum incorporea-  
 rum, cuiusmodi sunt actiones, & iura.  
 Præterea ad hæredes transit, dummodò  
 probetur defunctum possedisse. Barb. in c.  
 Redintegranda. 3. q. 1. Guido Papa. q. 473. Tuf-  
 chus concl. 285. Less. c. 17. q. 9.

III. E contra restitutio in integrum  
 non datur illis Primo, qui sua culpa bonis  
 spoliati sunt. Rotæ decis. 462. n. 2. Quod  
 extendi debet ad minorem, qui confessus  
 delictum est, de quo convinci non po-  
 tuit. Fachin. l. i. c. 70.

Secundo



Secundo non datur ei, cuius possessio annis iunior est, adversus eum, qui habet antiquiorē, quia iunior de mala fide suspecta est. *Alexand. consil. 6. Excipe, nisi iunior legitimum titulum alleget.*

Tertio non datur illi, cui negatur audientia per statutum. *Ioan. Andr. in c. Ad abolendam. Card. Tuschus concl. 45. num. 90.* qui ramen limitet in eo, qui rem litigiosam emit, & postmodum à possessione excludit.

Quarto, qui auctoritate iudicis legitime procedentis spoliati sunt, non possunt restitutionem in integrum sperare, cum ius & conscientia ipsis contradicat. *Menoch. Remed. 8. Recuperan. possess.*

Quinto negatur in delictis, & adversus prescriptionem. *V. Treutl. disp. 11. n. 12.*

IV. Ecclesiæ privilegium de in integrum restitutione sic ampliari debet, ut valeat etiam adversus aliam Ecclesiam. *c. 3. & c. Suscitata hoc tt.* Item, ut valeat contra sententiam cuiuscunque iudicis, etiam Papæ. *c. Ex liter. 4. cum seq. hic. c. sententiam, & c. Veniam. 36. q. 9.* Simili modo minores adversus sententiam Principis restituantur. *l. Minor. 18. ff. de minor. Lancelot. l. 3. inst. tt. 18. §. Sed etsi.*

Nec obstat vulgatum illud. *Privilegium contra privilegium non utitur privilegio suo.* Illud enim verum est in pari causa utriusque, puta, si uterque læsus esset, & certaret de damno. Tunc enim possidentis melior esse conditio existimatur. *c. In pari. de R. I. in 6.* Alter, si unus læsus sit, alter non læsus: vel si unus certaret de damno vitando, alter de obtinendo lucro. *V. Part. 1. Summa. Tit. 15. §. 12. n. 14. Vallens. l. 1. tt. 41. §. 1. & l. 5. tt. 33. §. 1. Suar.*

*de leg. l. 8. c. 23. Menoch. Consil. 447. n. 37. Steph. Gratianus decisione 96. Alexand. consil. 55. lib. 5. Castrensi. consil. 37. l. 2. Tuschus concl. 760. n. 14.*

V. In integrum restitutio petenda est intra quadriennium à tempore læsionis. *c. 1. & 2. eod. in 6.* Cognoscenda insuper causa adversario præsentē, qui audiatur, quomodo causæ restitutionis allegentur, & probentur. *c. ex literis hic.* Nam quod aliquem tangit, peragi non potest, nisi is certioretur. *c. Quod omnes. de reg. iur. in 6.* aut per contumaciam absit. *l. in causa 13. ff. Minor.* Iudici tamen licet prorogare tempus ex rationabili causa. Petitio autem non proponitur iure actionis, sed implorato iudicis officio. *l. Quod si minor 24. c. ult. §. ult. ff. eod. Mynsing. Cent. 1. observ. 51. Zypæus l. 1. consultat 2.*

Ecclesia vero propter enormem læsionem etiam post quadriennium restituitur. *Gloss. in c. 1. hoc tt. Covarr. l. 1. Variar. c. 3. n. 9. Roderic. tom. 1. q. 9. art. 2. Tuschus concl. 289. Rom. consil. 407. Abb. l. 1. consil. 32. Alexand. l. 2. consil. 151.*

VI. Si de iudice, apud quem, vel coram quo, petatur restitutio, quæris, tam laicus, quam Ecclesiasticus esse potest, non tamen petentis, sed rei. Et requiritur in illo, ut habeat administrationem iurisdictioni suæ adiunctam, vel ut delegata sit illi Universitas causarum, vel specialis potestas data ad exercendum hoc iudicium. *Azor. l. 2. Summ. §. 47.* His deficientibus peti ab eo restitutio non potest, ut nec ab arbitro commissario, nisi mota incidenter causa fuerit. *c. Causa hœtit. Vbi plura Barboza simul annotans. Eccle*



Ecclesiam læsam in contractu à laicis, convenit illos posse coram Iudice Ecclesiastica. Quod etiam in aliis causis locum habet, nisi consuetudo, aut speciale aliquod ius obstat. *Abb. consil. 87. l. 1. Treutl. disp. xi. n. 1. Barb. in c. Redintegranda. 3. q. 1. Bart. in l. Iudex. ff. de re iud. Tuschus concl. 278.*

VII. Non agendo tantum, sed excipiendo quoque in integrum restitutio peti potest. *Bart. & Bald. in l. Nam postea. §. Si minor. ff. de iureur. & probatur in l. Papa. §. si filius. ff. de inoff. testam. Et eundem effectum habet, si petatur excipiendo, quem habet, cum petitur agendo, ut notat Ioan. Andr. & Anton. in c. Exhibita de iudic.*

Contra illum ergò, qui solutionem exigit, vel rem tradi postulat, excipere potes, te in illo actu, vel contractu læsum esse. Nam qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus. *Reg. 71. Iuris in 6. & cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit. Reg. Iuris 156 ff.* Hæc exceptio durat, quamdiu solutio facta non est. Factâ autem solutione opus est sententia iudicis, ut recuperetur, nec licet compensationem occultam facere. *l. Si curatorem. 3. c. de integr. rest. Gomez. tom. 11. c. 14. num. 5. Barb. in c. Suscitata hoc. tit. Less. c. 17. dub. 9. n. 68. Tuschus concl. 277. n. 31. ubi monet etiam incidenter peti posse.*

VIII. Adversus sententiam majoris iudicis iudici minori non permittitur restitutio. *l. Minor. 18. ff. de minor. Minor Magistratus contra majorem non restituet. sed adversus propriam, vel eorum, quibus æqualis est, restitui potest. Item*

contra definitivâ ipsius Principis sententiâ, ut Procuratoris quoque aut Vicarii vel delegati ab ipso solus Princeps restituit. *di. l. Minor. & l. 3. C. si adv. rem. iudicat. Sfortia Part. 1. q. 31. art. 3. nu. 33. Barbosa in c. causa. de rest. in integr. Vallens. l. 1. tit. 41. §. 2. n. 3. Lancelot. l. 3. inslit. tit. 18. §. Huiusmodi vero. Canis. l. 4. tit. 16. §. Quod arinet.*

IX. Quamdiu apud iudicem de restitutione agitur, innovare quid neutri parti permissum est, sed in statu suo cuncta relinquenda sunt, usque ad decisionem. *l. un. c. Restitut. in integr. postul. ne quid novi fiat.*

Limita, nisi vehemens præsumptio contra petentem sit, quod causa differendi executionem sententiæ petat. Tunc enim executio fieri potest, cautione ab adversario victore præstita de restituendo, quicquid intermedio tempore perceperit, causa petenti adjudicata. *c. Suscitata. hoc. tit. Mysing. cent. 1. obs. 48. Barb. in c. Ex literis hoc. tit. Zypaus l. 1. consultat. 4. Socinus in reg. 346. Bocer. disp. 14. thes. 17. Treutler. disp. 11. Thes. 2.*

X. Negata semel per sententiam iudicis restitutione non est petenda iterum, nisi nova causa emerferit: obtenta verò ad pristinum & turbatum læsione statum regressio fit, & retractantur omnia, ex quibus facta damnificatio erat,

Præterea, quamvis extraordinarium, & personale remedium censetur, tamen quia est in rem, & iuri familiæ adheret, ad hæredes, & universalem successorem transit. *l. 2. & 4. c. de tempor. in integr. restitut. Tholos. l. 13. Synr. c. 4. num. 12. Mysing. cent. 1. obs. 52.*

In fideiussorem verò, & socium non transit: quia parum conveniens, sed &

noxium



noxii foret fideiussori in necessitate creditoris subvenire, qui in securitate obligationis eum recepit. Adde quod fideiussor recursum habet adversus minorem, ut indemnus servetur. *Gaill. l. 2. observ. 131.* ubi addit communem opinionem DD. esse, quod in integrum restitutio hæredibus competat. *Baldo* tamen hic articulus tam dubius fuit, ut decisione Cæsarea dignum iudicaret. Quo non obstante plerique omnes consentiunt, pupillum vel infantem ad hæredes suos beneficium restitutionis in integrum adversus omnifam additionem hæreditatis transmittere. Hæredes enim petere possunt restitutionem in integrum ad eandem hæreditatem ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa esse videbitur. l. 1. ff. Ex quibus caus. maiores.* *Bart. in l. Pantonius n. 2. ff. de acquir. hered.* *Bald. in l. Si infanti. eod. Socin. Consil. 116. Decius cons. 331. Azor. l. cit. §. 124. Mysing. centur. 4. obs. 19. Azor. III. l. 6. c. 14. §. Dubia. Gomez 11. & 14. Barbos. in c. Ex beneficio hoc et Aloys. Riccius. Collectione 1518. ubi pluribus modis limitat.*

NOTA. Quamvis regulariter restitutio in integrum petita semel, & negata aliam excludat. *Ab. in c. fin. h. t.* non impedit tamen, quo minus peti queat alio titulo & sine: v. g. si mutatus sit causa status, vel cum antea res postulata sit non habitâ fructuum ratione. Tunc enim sive negata prius, sive obrita fuerit, licebit pro illâ agere, cum nova causa petendi sit. *l. fin. §. fin. ff. de condict. indeb.* idque procedit, quando æquitas suadet. *l. Nec utile. ff. ex quibus causis maior.* *Tuscbus Conclus. 295. & 280. n. 4. Azor. in Summ. l. 2. §. 44. Trentl. disp. xi. hb. 1.*

## §. 2.

*Satisfit dubiis de restitutione in integrum.*

**D**Vb. 1. An restitutio in integrum fiat in rebus minimis? *Covarr. l. 1. Var. c. 3. n. 10.* pro affirmativa parte non paucos DD. citat, quorum ratio est, quod contingere potest, ut ex negatione restitutionis in integrum quamvis modica videatur, læsio magna existat, quæ præiudicium generare queat. Negativæ tamen parti subscribendam ipse *Covarr.* auctorizat, cum quo.

**R.** In rebus minimis restitutio in integrum non fit, uti nec actio de dolo exiguo. *l. Si olemm ci. fin. cum seqq. ff. de dolo.* Hinc *Barolus ad l. Scio. ff. de rest. in integr.* docet, in iis, quæ contra jus commune ex speciali privilegio permittuntur, modica non curari: secus in illis quæ secundum jus commune conceduntur. *l. si proprietarius. ff. de damno iuse.* Adde quod modica dos non vocatur dos: & de modica iniuria non curat prætor. *di. l. Scio. ff. de rest. in integr. & ibi Glossa. Bald. in Practica. q. 4. de probationib.* An modica sanguinis quantitas percussione elicitæ excuset eum, qui vulneravit. *Azor. l. 2. Summa §. 2. Gaill. l. 2. obs. 202. Schneidevvin. l. 1. instit. tit. 21. §. Quando auctoritas n. 14. Bartolinus annot. ad Lancelor. l. 3. Instit. tit. 18. §. 1.*

**Dub. 2.** Pro obtinenda in integrum restitutione, quid minor probare debeat?

**R.** Tria præcipue notari conveniunt à DD. Primo ut probet se minorem esse, id est, non excedere annum ætatis 25. computando de momento ad momentum, ita tamen ut in bisextili duo dies